

menti Inprinis instituo heredes meos in omnibus bonis meis tam stabilibus quam mobilibus preter quam in legatis subscriptis filios et filias meas videlicet Iohannucium, Ioccolinum, Girardum, Thomasium, Franciscum, Risum, Petrucium, Clementiam, Mariam, Theodoram, et Claram, Et lego Monialibus Sancte Clare quatuor uncias. Item Abbatisse Sancte Clare relinquo domum Amiralle et ipsa teneatur se pensione de redditu ipsius dare annuatim unam unciam fratribus minoribus de Barolo pro tunicis, et unam et quartam retinere pro tunicis monialium suarum, et unam expendere annuatim pro anniversario meo Religiosis videlicet, Minoribus, predicatoribus, et fratribus sancti Augustini et clericis Sancte Marie, Sepulcri, Sancte Marie Magdalene, et Sancti Nicolai, quod si ipsa abbatissa non faceret, heredes mei habeant potestatem Recipiendi predictam domum et facere vel facere fieri predictum anniversarium Ita quod nullo modo deficiat in perpetuum. Bona de quibus debunt fieri supradicta sunt hec videlicet armarium meum laboratum quod volo statim assignari fratri Petro de Turri si est presens et si non est assignetur alicui fideli qui statim sibi assignet cum venerit et Oves et equi, boves sexdecim et arma. Et executores seu distributores presentis mei testamenti pro anima sint domina Aquilina uxor mea, Thomasius filius meus et frater Petrus de turri predictus. Et si uxor mea vel Thomasius essent negligentes ad exquendum predicta volo quod frater Petrus predictus habeat potestatem plenariam accipiendi predicta sine contradicione aliqua etiam si alia essent necessaria ut totum exequatur. Ita quod infra quindecim dies ab obitu meo omnia predicta sint satisfacta et completa. Quod scripsi ego predictus Magister Spina publicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*Segue il segno*).

† Iohannes de Caroangelo q. s. Iudex. (*Segue il segno*).

† Ego frater petrus de turi lector ordinis Eremitarum Sancti augustini t. s.

† Francus de Marra olim Baroli iudex.

† Iudex Ioya de Riso testatur (*Segno*).

† Carellus de Prothomagistro testatur.

*Notitia testium.*

Dominus Guillelmus, Iudex francus, Iudex Ioya, Andreas de Riso, Thomasius de Riso, frater pascalis lector, fr. Andreas prior predicatorum, fr. petrus de tarento prior sancti agustini socius eius, Angelus de comestabulo et carellus de prothomagistro.